 Et quid si à patre minus legitima habuit, & prohibuit plus petere, an tunc possit querelare teltamentum, vel agere ad supplementum prohibitione non obstante, vide *num. 9. dict. leg. 5. tit. 8. part. 6*.  
 Et quid si filius relictum minus legitima acceptavit, vide *ibidem*; & de hac materia, vice infra in verbo: SUPPLEMENTUM, &c.  
 Querela quando non habet locum, sed jus agendi ad supplementum, vide *num. 9. supradict.*  
 Et contra quem intentabitur istud jus agendi ad supplementum, vide *num. 10. dict. leg. 5. per text. ibi*.  
 Querela inofficiosi testamenti non datur filio præterito, vel exhaeredato, qui agnovit testamentum sui patris, vide *gloss. leg. 6. per illum text. ibi, tit. 8. part. 6*.  
 Et si teltamentum rescindatur per querelam, an legata, & libertates in eo relictae debeantur, & an filius qui fuerat hæres institutus debeat suam legitimam integrum habere, vide *gloss. leg. 7. per text. ibi, tit. 8. part. 6*.  
 Et quid si non rescindatur teltamentum per querelam, sed per jus dicendi nullum, vide *ibidem in num. 7*.  
 Et quid si pater filium præterit, & neminem hæredem instituit, an tunc legata debeantur, vide *ibidem*.  
 Et an tunc institutio conservetur, saltim quoad quintam partem, quam testator cuilibet extraneo relinquere poterat, vide *dict. num. 7. ad fin.*  
**QUERELARI** an possit filius teltamentum patris in quo fuit institutus hæres in re propria ipsius filiae, vel in re Sacra, Religiosa, vel simili, vide *num. 6. leg. 19. tit. 3. p. 6*.  
 Querelari an possit teltamentum patris in quo filius fuit sub casuali, vel mixta conditione institutus, vel an illa rejecta valeat institutio, vel non, vide *num. 3. leg. 9. tit. 4. part. 6*.  
 Querelari an possit testamentum, quando nepos, vel alius, qui vult querelare primum locum in successione non obtinet, vide *num. 4. leg. 1. tit. 7. part. 6*.  
 Querelare intra quantum tempus teneatur hæres mortem testatoris occisi, vide *num. 7. leg. 13. tit. 7. part. 6*.  
 Querelare, an & quando possit teltamentum fratris per fratrem, vide *gloss. leg. 2. per text. ibi, tit. 8. part. 6. & num. 3. leg. 3. ibidem, & num. 4. leg. 12. tit. 7. part. 6*.  
 Querelari debet teltamentum intra quinquevnum, & an ante additionem hæreditatis, vide *gloss. leg. 4. ibidem*.  
**QUÆSTIO**, vide infra in verbo: TORTURA.  
**QUÆSTIO STATUS** licet differatur in bonis maternis, vel fraternis in tempus pubertatis, non tamen datui carboniana bonorum possessio, vide *num. 3. leg. 7. tit. 22. p. 3*.  
 Quæstio dominii, an possit referri præscribenti rem aliquam cum mala fide per triginta annos, si ab invasore, vel commodatario, vel locatore illam recuperare velit, vide *num. 5. & 6. leg. 21. tit. 29. part. 3*.  
 Quæstio feudalis quando per dominum feudi, quando verò per pares curie, & quando per judicem ordinarium judicari, & discerni debeat, vide *num. 1. 2. 3. 4. & 5. per text. ibi, leg. 11. tit. 26. part. 4*.  
 Quæstor antiquitus quis dicitur, hodie eum appellamus Chanciller, vide *num. 1. leg. 4. tit. 7. part. 2. & de ejus officio, vide ibidem*.  
 Quæstor an sit major chancellario, & quinque modis dicitur quæstor, vide *ibidem*.  
**QUILIBET** de populo habet actionem super pascuis publicis, & videtur procurator in rem suam, vide *num. 1. in princip. & num. 1. leg. 10. tit. 11. part. 3*.  
**QUINTA** pars bonorum ab ipso patre in vita, vel in morte donari potest, vide *num. 8. in princ. leg. 8. tit. 4. part. 5*.  
 Et quid si pater in vita sua fecit alias modicas donatio-

nes, an tempore mortis illæ veniant in consideratione ad diminuendam quintam partem bonorum, quam legavit pro anima, vel alicui, vide *ibidem*.  
 Et an fructus quos habent parentes ex rebus suis tempore mortis suæ, an illi possint ab eo legari ultra quartam partem bonorum, an verò illi in dicta quinta computari debeant, vide *dict. num. 12*.  
 Quinta quam pater legare potest, an intelligatur esse de proprietate rerum, an vero etiam de fructibus, vide *ibid*.  
 Quinta pars bonorum, si à testatore alicui extraneo legetur, si ipse fundum hæreditarium velit emere, an excludatur à consanguineis defuncti, qui habent jus retrahendi pro tanto, an verò ipse propter quintam, quam habet datur confors in hæreditate, vide *num. 2. quest. 3. leg. 55. tit. 5. part. 5*.  
 Quinta pars bonorum patris non est legitima filiorum, sed potest cuicunque dari, vide *num. 10. leg. 17. tit. 1. part. 6*.  
 Et an ita taxatio legitimæ teneat respectu Ecclesiistarum, & Clericorum, vide *ibidem*.  
 Quinta pars quam hodie pater cuilibet legare potest, si filius illam restituerit alicui de voluntate patris, an ex ea filius trebellianicam deducere possit, & quid in patre restituente tertiam partem bonorum filii, vide *num. 23. leg. 12. tit. 5. part. 6*.  
 Et an si teltamentum in quo aliquis extraneus fuit hæres institutus rumpatur, ex aliqua causa conservetur intitutio saltim in quinta parte, quam testator cui velit relinquere poterat, vide *num. 7. ad fin. leg. 7. tit. 8. part. 6*.  
 Et impenœ funeris debent de quinto bonorum deduci, & quando, vide *num. 4. leg. 2. tit. 11. part. 6*.  
 Quinta pars hæreditatis potest a patre filio spurio relinquiri, etiam si filius multum dives, vide *num. 3. cum aliis ibi, leg. 10. & gloss. leg. 11. tit. 13. & num. 11. & 12. leg. 4. tit. 3. part. 6*.  
**QUI PRIOR** est tempore in quibus obligationibus sit alius omnibus præferendus, vide *num. 3. leg. 75. tit. 18. part. 3*.  
**QUITATIONE** non obstante, si rationes legitimæ redditæ non sunt, iterum reddi debent, vide *num. 2. leg. 14. tit. 18. part. 3*.  
 Quitatio, de hoc, vide supra in verbo: LIBERATIO.  
**QUOD** à pluribus agitur, facilius cognoscitur, & declaratur, vide *num. 1. in fin. leg. 5. tit. 17. part. 3*.  
 Quod quisque juris in alium statut iipse eo jure uti debet, vide *num. 3. per text. ibi, leg. 25. tit. 22. part. 3*.

## R

**RAPINA** est unum genus malætria, vide *num. 1. leg. 11. tit. 25. part. 4*.  
 Rapina si facta sit in aliquo termino, an Civitas, vel dominus terræ ad emendam damni teneatur, & quando, & quid in gubernatoribus, vel judicibus perpetuis, vel in temporalibus, qui prohibere potuerunt, vide *num. 7. & 8. leg. 4. tit. 7. part. 5*.  
 Rapina an dicatur, quando exactor tributorum illud exigit sciens injustum, vide *num. 6. leg. 9. tit. 7. part. 5*.  
 Rapina quid sit propriæ, & an pro ea detur actio vi bonorum raptorum, licet vis non intervenerit, vide *num. 1. in præm. tit. 13. part. 7. & gloss. leg. 1. ibidem*.  
 Et quis admittatur ad accusandum aliquem de rapina, vel non, vide *gloss. leg. 2. ibidem per illum text*.  
 Qualiter agatur pro rapina contra raptorem, & ad duplum, vel triplum, vide *num. 1. leg. 3. per text. ibi, tit. 13. part. 7*.  
 Rapina servi qualiter punienda sit, & quid si dominus de ea conscient sit, vide *num. 1. 3. & 4. leg. 4. per text. ibi, tit. 13. part. 7*.  
 Et an & quando domini teneantur pro rapina famulorum suorum, vel pro ipsorum delicto, vide *num. 5. dict. leg. 4. per text. ibi*.  
**RAPTORES** manifesti, & qui judicialiter convinci possunt in loco sacro sepeliendi non sunt, vide *num. 2. leg. 10. tit. 13. part. 1*.

Ppppp

Ra-

Rapiens uxorem alicujus de publico lupanari non debet puniri per statutum dicens, si quis uxorem alicujus raperit, capite puniatur, vide num. 1. leg. 13. tit. 11. p. 2. Raptore ex naufragio, an sint excommunicati, vide num. 3. in fin. leg. 1. tit. 13. part. 7. Raptore, vel ejus hæredes qualiter teneantur pro rapina facta, vide num. 4. & 5. leg. 2. ibidem. Et de poena raptorum, & qualiter pro rapina contra eos agatur, vide gloss. leg. 3. per text. ibi, tit. 13. part. 7. Raptore si sint servi qualiter puniantur, & quid si dominus de rapina conscient, vide num. 1. 3. & 4. leg. 4. per text. ibi, tit. 13. part. 7. Et an & quando domini teneantur pro rapina famulorum suorum, vel pro ipsorum delicto, vide num. 5. dict. leg. 4. per text. ibi. Raptore an dicantur illi, qui sine vi suis persuasionibus, & blanditiis inducunt mulieres, ut secum immisceant, & qualiter isti puniantur, & quando voluntas mulieris sit in consideratione, vide num. 3. leg. 2. per text. ibi, tit. 19. part. 7. Raptore meretricum, quando veniant puniendi, vel non, vide num. 7. dict. leg. 2. per text. ibi. Raptore à quibuscumque accusari possunt, & quando, & qualiter, vide num. 1. leg. 2. per text. ibi, tit. 20. p. 7. Raptore virginum, vel aliarum per vim qualiter puniantur, & quando, & plura de hoc, vide gloss. leg. 3. ibidem per illum text. Et an solus raptus sine commixtione sufficiat, ut quis tamquam raptor puniri possit, vide ibidem in num. 2. Raptor si cum raptis matrimonium contraxerit, an à poena liberetur, vide num. 3. leg. 3. supradict. Et an tunc bona raptoris qualiter applicata fuerunt ipsa amittat, vel non, vide ibidem. Et an sponsus rapiens sponsam puniatur poena raptoris, & quando, vide num. 5. leg. 3. per illum text. tit. 20. p. 7. RAPTUS qualis sit punibilis, vel non, vide num. 3. 6. & 7. leg. 2. per text. ibi, tit. 19. part. 7. Raptus meretrician sit punibilis, & quando, vide num. 7. leg. 2. per illum text. tit. 19. part. 7. Raptus à quocumque accusari potest, & quando, & qualiter, vide num. 1. leg. 2. per text. ibi, tit. 20. part. 7. Raptus mulierum per vim qualiter puniatur, & quando, & plura de hoc, vide gloss. leg. 3. tit. 20. part. 7. Et an solus raptus sine commixtione sufficiat, ut quis tamquam raptor puniri possit, vide ibidem in num. 2. Raptus an committatur in sponsa de praesenti, vel in uxore, vide num. 5. dict. leg. 3. tit. 20. part. 7. RAPTA si cum raptore matrimonium contrahat amittit bona raptoris, qualiter sibi propter raptum fuerant applicata, vide num. 3. leg. 3. per text. ibi, tit. 20. part. 7. RASURA viciat privilegium, & quando in loco suspecto esse videatur, vide num. 6. leg. 44. & num. 8. leg. 111. tit. 18. part. 3. Et an credat notario dicenti se cancellasse, vel rasuram fecisse, & quando ita attestatio necessaria non sit, vide ibidem. Rasura, seu cancellatio qualis vitiet testamentum, vide num. 5. cum sequent. leg. 2. per illum text. tit. 14. part. 6. RATIHABITIO in legitimatione filii quia à principio in sua legitimatione non consensit quid operetur, vide num. 9. leg. 4. tit. 15. part. 4. Ratihabitio absentis, an aliquid operetur, quando negotiorum gestor emit nomine absentis non suo, vide num. 1. leg. 48. tit. 5. part. 5. Ratihabitio an habeat locum in facto falsi nuntii, vide dict. num. 1. dict. leg. 48. Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur, vide num. 2. ibidem. Ratificari an posset dominus, quod alius fecit nomine ipsius, & an possit agere ad pretium rei venditæ nomine suo, vel quod alius à debitore suo exegit, num. 4. & 6. leg. 54. tit. 5. part. 5. Ratihabitio constituit tuum negotium, quod ab initio tuum non erat, num. 1. leg. 32. tit. 12. part. 5. Ratihabitio domini, an sufficiat, quando servus, qui

ab aliquo fuit institutus hæres sine licentia domini hæreditatem adivit, vide num. 4. leg. 13. tit. 6. part. 6. Ratihabitio Prælati, vel Capituli de per se, an damnificet Ecclesiam, vide num. 4. leg. 17. tit. 10. part. 7. RATIO propter quam feltinandum est ad penitentiam, vide num. 3. leg. 22. tit. 4. part. 1. Ratio testis in dicto suo qualis esse debeat, & ratio quæ continet idem, quod dictum nihil valet, vide num. 8. leg. 26. tit. 16. part. 3. Ratio est tota virtus probationis, vide num. 9. dict. leg. 26. Ratio est optimus legis clypeus, vide num. 3. leg. 8. tit. 1. part. 1. Ratio, & an executores testamentarii teneantur reddere rationem de gestis, & quando, & quibus, vide num. 5. leg. 5. per text. ibi, tit. 10. part. 6. Et an Episcopus, qui fuit executor coram judice ordinario conveniri debeat, ut rationes reddat, vide ibidem num. 6. RATIONES ubi sufficienter, & legitimè redditæ non sunt quitatio à debito nihil operatur, num. 2. leg. 14. tit. 18. part. 3. Rationes reddituum Civitatum, & locorum quibus dandæ sint, vide num. 7. leg. 9. tit. 19. part. 3. Rationes si ab aliquo redditæ sint, & ipse à domino habeat liberationem, an talis liberatio se extendat ad species furto sublatis, vel ad ignorata, vel occulta, & quando, & quibus, & qualiter, vide num. 2. 3. 4. & 5. leg. 30. per text. ibi, tit. 11. part. 5. Rationes qualiter à fratre reddi debeat fratri cum venient ad divisionem, si ejus frater administravit res, & bona fratris sui, vide num. 3. leg. 26. tit. 12. part. 5. RATIO NATURALIS æquivallet legi, & lege deficiente allegari potest ratio naturalis, vide num. 3. leg. 8. tit. 1. part. 1. & num. 2. in fin. leg. 6. tit. 4. part. 3. REALIS CAPTURA, vide in verbo : CAPTURA REALIS. REACCUSARE quando possit accusatus de crimen maiori, & qualis causa prius finietur, vide num. 1. leg. 4. tit. 10. part. 3. Et quid si primò accusans suam, vel suorum injuriam prolequatur, vide num. 4. leg. 4. tit. 10. part. 3. Reaccusare an possit ille, qui de crimen accusatus fuit, pendente adhuc accusatione, vide num. 3. cum sequent. leg. 4. per text. ibi, tit. 1. part. 7. Et an ubi quis accusare non potest, possit officium judicis implorare, ut crimen puniatur, vide dict. n. 3. ad fin. Reaccusare an possit quis proficendo suam, vel suorum injuriam, num. 6. dict. leg. 4. per text. ibi, & an propter hoc superfedetur in accusatione prima, vide ibid. Reaccusare an possit accusatus suum accusatorem, vel extraneum, si jam fuit per sententiam damnatus, vide num. 8. dict. leg. 4. tit. 1. part. 7. Et an exceptam accusationem perficere possit per se, vel per procuratorem, & an interim superfedetur in executione poenæ, vide num. 9. ibidem. REBAPTIZATUS scienter ordinari non debet, vide num. 2. leg. 20. tit. 6. part. 1. & leg. 9. tit. 4. part. 1. Rebaptizati non possunt inservi hæredes ab aliquo, & quid in reordinatis, vide num. 5. leg. 4. tit. 3. part. 6. RECEDERE à forma per disponentem data bene licet, dummodo non recedatur ab ejus mente, vide num. 3. quest. 13. leg. 32. tit. 9. part. 6. Recedens sine judicis licentia, postquam legitimè citatus fuit pro contumace habetur, & quare, vide num. 3. leg. 18. tit. 1. part. 7. RECEPCIO testium in civilibus, sive in criminalibus, quibus sit permisla, vide num. 1. 3. & 4. leg. 27. tit. 16. part. 3. Receptio Monachorum an fieri debeat à Prælato simul cum Capitulo, vide num. 7. leg. 88. tit. 17. part. 3. RECEPCTORES testium, qualiter judici dicta testium mittere debeat, vide num. 8. leg. 9. tit. 17. part. 3. Receptatores hæreticorum testamentum facere non possunt, & quid si antea fecerint, vide num. 3. leg. 16. tit. 1. part. 6.

- Receptatores latronum qui dicantur, & de eorum poena, & quando, & ex quibus veniant puniendi, vel non, vide num. 14. & 15. leg. 18. tit. 14. part. 7.
- Receptatores fugitivorum terrorum qualiter puniantur, & quid in minore, vide gloss. leg. 24. & 25. tit. 14. part. 7. per text. ibi.
- Et quando nullo modo puniantur, vide gloss. leg. 26. ibidem per illum text.
- Receptatores haereticorum qualiter puniantur, vide num. 1. leg. 5. per text. ibi, tit. 26. part. 7. & n. 1. & 2. leg. 6. ibi.
- Et quid in filiis receptantibus patrem, vide n. 1. dict. leg. 6.
- RECEPTORIA** quæ datur in regalibus auditoriis ad capiendo maleductores, vide num. 1. leg. 24. tit. 18. p. 3.
- RECIPIENS** litteras alicujus, si statim non contradicat, consentire videtur, vide num. 2. per text. ibi, leg. 6. tit. 1. part. 5.
- Recipiens ut aliquid faciat si non fecerit, an sic receptum restituere teneatur, & quando, & qualiter, vide per gloss. leg. 42. 44. & 46. cum aliis leg. ibi, tit. 14. part. 5.
- Recipere Moniales, vel Monachos sub spe pretii et simoniacum, vide num. 3. leg. 13. tit. 17. part. 1. & ibi se refere.
- RECLAMATIO** qualiter fieri debeat, ne sententia arbitri emolegetur, vide num. 6. leg. 35. tit. 4. part. 3.
- RECONCILIATIO** Ecclesiae si poluta sit, prius fieri debet, quam in ea divina dicantur, vide num. 3. leg. 20. tit. 10. part. 1.
- Reconciliari debet Ecclesia, si in ea sanguis injuriosè effundatur, vel homo cognoscat mulierem, vide num. 1. & 2. ibidem.
- Et quid si maritus in Ecclesia uxorem cognoscat carnaliter, an tunc dicetur Ecclesia poluta, vide dict. num. 2.
- Reconciliatio an fieri debeat, si factum in casibus supradictis sit occultum, vide ibidem in num. 4.
- Reconcilianda est Ecclesia ubi excommunicatus fuit sepultus, vide num. 7. dict. leg. 20. tit. 10. part. 1.
- Reconciliatio patris cum filio, quem ex iusta causa exhaeredavit, an faciat exhaerationem nullam, vide num. 2. leg. 4. tit. 7. part. 6.
- RECONDUCERE** an videatur ille, qui in re conducta remansit per tres dies post finitum tempus conductionis, & quando, & quid si antea conduxerat ad decennium in scriptis, vel sine, & alia in hoc, vide num. 3. & 4. leg. 20. per text. ibi, tit. 8. part. 5.
- Et an idem sit dicendum in prædio urbano, quod in ruffico, vide ibidem in num. 6.
- RECONVENTIO** tangens causam spiritualem coram judice laico non debet terminari, vide num. 4. leg. 57. tit. 9. part. 1.
- Reconveniri potest Clericus coram judice, ibique responderet tenetur, vide ibidem.
- Reconventio an habeat locum in causa appellationis, vide num. 4. leg. 4. tit. 3. part. 3.
- Reconventio non habet locum contra agentem pro iuria, vel furto, etiam si ad illam ageretur civiliter, vide num. 5. ibidem.
- RECTOR SCHOLARIUM** an post ejus electionem indigeat confirmatione superioris, & an possit esse laicus, vide num. 3. leg. 6. tit. 31. part. 2.
- Rector reipublicæ an peccet mortaliter permittendo tauros, vide num. 2. leg. 57. tit. 5. part. 1.
- Rectores universitatis an possint pro debito universitatis capi, vide num. 4. leg. 13. tit. 2. part. 3. & num. 1. leg. 4. tit. 15. part. 5.
- Rectores an cum assensu decurionum possint aliquas festivitates de novo inducere, vide num. 1. leg. 36. tit. 2. part. 1.
- Rectores Civitatum repræsentant populum, & ab eis facta dicuntur factum à majori parte populi, vide num. 4. leg. 24. tit. 4. part. 3.
- Rectores Civitatum an possint de redditibus Civitatum eleemosynam facere, vide num. 3. leg. 10. tit. 28. part. 3.
- Rectores Provinciarum durante officio cum aliqua matrimonium contrahere non possunt, veterem tamen sponsum ducere bene eis licet, vide num. 12. leg. 2. tit. 14. p. 4.
- Et an si de novo matrimonium contraxerint præsumatur illud per metum fecisse mulier, & an tunc matrimonium tencat, & an hæc præsumptio alias probationes adjuvet, vide dict. num. 12. dict. leg. 2.
- Rectores perpetui an & quando ad aliquibus locis eligi possint, vide num. 8. leg. 3. tit. 25. part. 4.
- Rectores universitatis si delinquent, an tunc universitas delinquere videatur, vide num. 6. leg. 17. tit. 10. part. 7.
- Rectores Ecclesiarum possunt ministros ibi ponere ad suum beneplacitum, excluso patrono, vide num. 1. in fin. leg. 6. tit. 6. part. 1.
- Rector Ecclesiæ in qua non est Capitulum tantam habet potestatem in alienatione rei Ecclesiastice, quantum haberet Prælatus cum Capitulo, vide num. 5. leg. 63. tit. 18. part. 3.
- Sed an per hoc excludatur quod in venditione talis rei authoritas Episcopi non sit necessaria, vide ibidem.
- Rectores navium, vide de his supra in verbo: MAGISTRI NAVIUM, &c.
- RECUSATIO** de jure ordinamenti, an eadem in judicibus ordinariis sit, sicuti de jure partitarum erat in delegatis, vide num. 2. leg. 22. tit. 4. part. 3.
- Recusatio debet fieri ante litis contestationem, vel post quando de novo illam scivit pars, vide num. 3. ibidem, & num. 7. leg. 8. tit. 10. part. 3.
- Recusatio an habeat locum in judicibus ordinariis, & ex quibus causis, & quid tunc sit agendum, vide num. 9. leg. 22. tit. 4. part. 3.
- Recusatio an habeat locum, si causæ suspicionis procedat ex culpa patris, vide dict. num. 9.
- Et an reconventus possit in causa reconvocationis recusare judicem, vide ibidem.
- Recusatio notarii qualiter fieri debeat, vide ibid. post med.
- Recusatio omnium sapientium de Civitate, an fraudulenta videatur, vide ibidem ad fin.
- Recusatio an habeat locum post conclusionem in causa, vide dict. num. 9. in fin.
- Recusatio assessoris qualiter fiat, vide num. 6. leg. 2. tit. 21. part. 3.
- Recusatio judicis, quæ oritur ex eo, scilicet, quia est naturalis loci alterius litigatoris, an iusta sit nec ne, vide num. 4. leg. 4. tit. 27. part. 4.
- Recusatio an habeat locum prosequendo quis seam, vel suorum injuriam, & an propter hoc supersedeatur in prima accusatione, vide num. 6. leg. 4. tit. 1. part. 7.
- Recusatio an habeat locum quando accusatus jam fuit personam damnatus, vide num. 8. dict. leg. 4. per text. ibi.
- Et an coepit accusationem perfidere possit, & an interim supersedeatur in executione pœnæ, vide ibid. in num. 9.
- RECUSANS** an debeat jurare si non malitiosè, &c. si sibi non petatur, vide num. 4. leg. 22. tit. 4. part. 3.
- Recutans omnes sapientes de Civitate, an ejus recusatio fraudulenta videatur, vide num. 9. dict. leg. 22.
- REDEMPKTUS** ab hostibus, an per hoc fortioratur naturalitatem, & originem sui redemptoris, vide num. 7. per text. ibi, leg. 2. tit. 24. part. 4.
- REDDENS** depositum ad judicis mandatum, an & quando libetur, vide num. 1. leg. 3. tit. 3. part. 5.
- Reddere pretium intra quantum tempus teneatur vendor ad hoc, ut rem venditam possit recuperare quando inter ipsum, & emptorem fuit factum pactum, ut reddito pretio emptor rem restituere teneatur, vide num. 1. leg. 42. tit. 5. part. 5.
- Et an tale jus possit aliis credi, & an transeat ad hæredes, licet de hoc nihil fuerit dictum, vide ibid. in n. 2. & 3.
- Et an emptor in casu supradicto liberetur præstando interesse, & quando sic, vide ibidem in num. 4.
- Et an si in contractu fuit dictum quod teneatur reddere, non tamen quod teneatur revendere, an adhuc emptor reddere cogatur, vide dict. num. 4.
- Redditio pignoris an inducat debiti liberationem, si à creditore fiat, vide num. 2. leg. 40. tit. 13. part. 5. per textum ibi.
- REDIBITIO** non datur propter vitia animi, & an propter dolum vendoris, qui cum sciret vitium rei illud tacuit, & an detur pro parvis, vel pro libro corrupto, vel

- vel pro juribus , vide num. 3. leg. 64. & num. 1. & 2. leg. 65. tit. 5. part. 5.
- Recibitio pro quibus vitiis detur , vide num. 3. tam alius ibi , dict. leg. 65. & an debeat fieri cum fructibus , vide num. 6. ibidem.
- Et an facta redibitione fiscus teneatur reddere gabellam , vide ibidem in num. 6.
- REDIBITORIA** actio , vide in verbo : ACTIO redibitoria.
- REDIMENS** vexationem quid debeat probare , & quod dedit ob redimendam vexationem possit repetere , vide num. 11. leg. 3. tit. 17. part. 1.
- Redimere volens vexationem , si propter hoc aliquid dedit judici , an cum mala conscientia illud facere videntur , vide num. 6. leg. 26. tit. 22. part. 3.
- REDDITUS REGALES** quales sint , & quid de redditibus portuum , vide num. 1. cum sequentib. leg. 11. tit. 28. part. 3.
- Redditus regales ideo Regibus conceduntur , ut commerci vivere possint , & ut ad iniuriam manus non extendatur , vide num. 7. leg. 11. tit. 28. part. 3.
- Redditus regales praescribi ullo tempore non possunt , & an immemoriali , vide num. 4. leg. 6. tit. 29. part. 3.
- Et aequiparantur rebus facris , vide ibidem.
- Et quid si praesribens juvetur consuetudine , vide dict. num. 4. dict. leg. 6.
- Redditus regales qualiter quis emere videatur , vide num. 4. in med. leg. 34. tit. 5. part. 5.
- Redditus salinarum an possint acquiri præscriptione immemoriali , vide num. 5. leg. 6. tit. 29. part. 3.
- Et an ex redditibus Civitatis castellum refici , & reparari possit , vide num. 7. leg. 20. tit. 32. part. 3.
- Redditus beneficiorum vacantium infra decennium , si certo operi deputentur si beneficium vacet in fine decennii , an fructus talis beneficii illi operi debeantur , licet decennium sit elatum , vide num. 3. leg. 26. tit. 11. part. 4.
- Redditus , qui ex luponari percipitur an justus , vel injustus sit , vide num. 1. in proem. tit. 12. part. 4.
- Redditus Civitatum iuxta , vide in verbo : Proprii Civitatum.
- Redditus Villarum , & alia jura , an veniant in majoria , quando aliquis de licentia Regis illam facit in filium maiorem dando illis jurisdictionem tantum , & an tunc redditus etiam veniant , vide num. 4. leg. 9. tit. 4. part. 5.
- Redditus semper crescunt processu temporis , & ideo locatio ad longum tempus est damnata , vide num. 4. leg. 2. tit. 8. part. 5.
- Redditus Ecclesiarum voluptuosè consumens , an teneatur ad restitutionem , vide supra in verbo : Clerici , & verbo : Fructus.
- Redditus Ecclesie Monachis subjecti an ipsi in propriam possint convertire utilitatem , vide num. 6. leg. 5. tit. 12. part. 1.
- Redditus Ecclesiarum deputati ad fabricam non possunt expendi pro Ecclesie ornamentis , vide num. 4. leg. 24. tit. 32. part. 3.
- REDDITUS DE TERRA** qui dicantur , & quantum tempus durent , & an transeant ad filios , vide num. 1. leg. 2. per text. ibi , tit. 26. part. 4.
- REÆDIFICARE** , & an si redificetur res cui fuerat privilegium concessum duret , & tunc tale privilegium ibi , vide num. 3. quæst. 19. leg. 32. tit. 9. part. 6.
- Reædificare caltra vetera non est licitum sine Principis autoritate , vide in dict. quæst. 19.
- REEMPTIO** dicitur secunda venditio , vide num. 6. in med. leg. 29. tit. 8. part. 5.
- REFECTIO** instrumenti perditum petens aliquis quod fiat ei , quando , & qualiter fieri debeat , vide gloss. leg. 10. tit. 19. part. 3.
- Et an amissio instrumenti cuius refectionem petit , probetur per solum juramentum , & quando non , vide num. 7. ibidem.
- REFICERE** parietem an teneatur ille , qui servitutem tigni immittendi debeat , & an idem sit dicendum in debente servitutem oneris ferendi , vide num. 2. leg. 2. tit. 31. p. 3.
- Reficere rivos , sive canales an tenetur ille , cui tertius aqueductus debetur , vide num. 2. leg. 4. ibidem.
- Reficere domum qualiter usufructarius teneatur , vide num. 1. 2. & 5. leg. 4. tit. 31. part. 3. per text. ibi.
- Reficere pontem , vel illum de novo facere , qui viciniad hoc teneantur , vide num. 3. leg. 20. tit. 32. part. 3.
- Et quid si ad aliquam refectionem per statutum Civitatis tenetur ad unam partem , & districtus in duas , an si ex hoc pars gravetur possit reclamare , vide num. 8. dict. leg. 20. tit. 32. part. 3.
- Reficere caltra vetera an possit quis sine Principis autoritate , vide num. 3. quæst. 19. leg. 32. tit. 9. part. 6.
- Reficere & an , & quando ad refectionem teneatur renuntians ului aquæ fontis , vide num. 8. leg. 26. tit. 32. part. 3.
- Reticere parietem , vel totam Eccleiam an teneantur laici , & quando , vide num. 4. leg. 24. tit. 32. part. 3.
- Reficere an teneatur , & qualiter ille , qui non habet unde reficit , vide num. 1. leg. 25. tit. 32. part. 5.
- Reficere non tenetur dominus domum in totum destruttam , neque de novo reficere compellitur nisi in aliquibus casibus , vide num. 2. dict. leg. 25.
- Reficere an possit socius rem communem sine eo quod illud alii locis nuntiet , ut ab eis expensas possit recuperare , vide num. 2. leg. 26. tit. 32. part. 3.
- Et quid si hoc non fecit , sed sumus in dubio , an suo , vel communi nomine fecerit , vide ibidem.
- Et quid si faceret animo usurpandi totam illam rem sibi , vide ibidem in num. 5.
- REGALIA** in donatione generali non veniunt , nisi expressè dicatur , vide num. 16. leg. 5. tit. 15. part. 2. & num. 5. leg. 8. tit. 26. part. 2.
- Regalia Princeps nemini concedere potest , quia est in successorum præjudicio , vide num. 3. leg. 4. tit. 26. part. 2. & num. 1. leg. 28. tit. 11. part. 3.
- Regalia , & ea quæ sunt supremæ jurisdictionis non videntur in generali concessione , num. 2. in princip. leg. 6. tit. 25. part. 4.
- Regalia quæ sunt , vide num. 12. per text. ibi , leg. 2. tit. 1. & gloss. leg. 15. tit. 15. & gloss. leg. 9. per text. ibi , tit. 4. p. 5.
- Regalia an à Rege alicui concedi possint ad tempus , vel in perpetuum , vide num. 9. leg. 9. per text. ibi , tit. 4. part. 5.
- Regalia si ab aliquo possideantur , an possidens titulum ostendere debeat , & quando , & an si non ostendat compellatur restituere , vide num. 9. leg. 9. tit. 4. part. 5.
- REGES** Hispanæ principaliter , & alii omnes Reges defendere debent Ecclesiam , & quid si sine causa auxilium illi denegent , vide num. 2. in proem. tit. 14. part. 1.
- Reges ortum habuere pro administranda justitia , num. 4. leg. 2. tit. 1. part. 3.
- Reges dicuntur tot habere domicilia quot terras habent ad eorum mansionem paratas , & ita in pascuis communibus habentur ut cives , vide num. 9. leg. 9. tit. 28. part. 3.
- Reges ipsi soli milites creare possunt , alii vero non nisi de iporum mandato , vide num. 1. leg. 11. tit. 21. part. 2. & num. 2. leg. 1. tit. 25. part. 4.
- Reges osculantur in manu , Papa in pede , qui in hoc osculo temperandi sunt , vide num. 3. & 4. leg. 5. tit. 25. part. 4. & gloss. penult. leg. 4. tit. 5. part. 1.
- Reges an possint homines suos stipendiarios alterius facere , ita quod transeant in ejus dominio , vide num. 3. leg. 9. tit. 4. part. 5.
- Reges quando de facto rem tollunt emptori , an ipse emptor de evictione venditorem convenire possit , vide num. 2. & 5. leg. 37. per text. ibi , tit. 5. part. 5.
- Reges sine maxima causa nova vestigalia intitulere non debent , & an aliter faciendo peccent , vide num. 6. leg. 9. tit. 7. part. 5.
- Reges si de novo collectam imponant subditis , utrum ex hoc inducatur obligatio naturalis , vide num. 4. leg. 5. tit. 12. part. 3.
- Et vide alia in verbo : **REX** , &c. Princeps.
- REGINA** milites creare potest , vide num. 2. leg. 1. tit. 25. part. 4. & num. 1. leg. 11. tit. 11. part. 2.

**Regina** est domina Regni, & licet uno nubat, ipse Regnum non administrabit, nisi quantum ipsa promiserit, num. 9. in fin. leg. 1. tit. 1. pvt. 2. latius, vide per num. 4. leg. 9. ibidem.

**Regina** succedens in Regno jurisdictionem administrat, & omnia jura Regni, vide dict. num. 4.

**Regina** attentans fornicare an puniatur eo modo, ac si verè fornicaret, vide num. 1. leg. 1. tit. 14. part. 2.

**Regina** habet ea privilegia, quod & Rex, vide num. 8. per text. ibi, in leg. 1. tit. 14. part. 2.

**Regina** si sit furiola, an Regni sui administratio ad Regnum pertineat, an vero sint dandi curatores, ut per eos Regnum regatur, vide num. 5. leg. 3. tit. 15. part. 2.

**Regina** an possint in integrum restituiri, si laedantur, vide num. 2. in fin. leg. 10. tit. 19. part. 6.

**REGIMENTUM** melius exercetur per unum, quam per plures, vide num. 5. leg. 7. tit. 1. part. 2. per ilum text. ibi.

**REGISTRATOR** an teneatur edere regitrum ad mandatum judicis, & quid plus, vide num. 7. cum aliis ibi, leg. 8. tit. 19. part. 3.

**REGISTRUM** an sit de substantia, vide num. 1. leg. 3. tit. 18. part. 3. & de ipsius utilitatibus, vide num. 2. & 3. leg. 8. tit. 19. part. 3.

Et de autoritate regitri, vide num. 2. 3. & 4. dict. leg. 8.

Et an litteræ grotiolæ debeant registrari, vide dict. num. 2. dict. leg. 8.

**REGNICOLÆ** possunt Regem eligere, deficiente successore sanguinis hoc de jure gentium, vide num. 3. leg. 9. tit. 1. part. 2.

**Regnicolæ**, vide in verbo: Naturales Regni.

**Regnum** utrum possit in dotem dari, quod non, vide num. 9. in fin. leg. 1. tit. 1. part. 2.

**Regnum** utrum possit dividii per Regem inter suos filios, vide num. 10. leg. 2. tit. 15. part. 2.

**Regnum** cui debeatur ex consanguineis, si Reges sine filiis mortui sint in æquali gradu, vide num. 18. dict. leg. 2.

**Regnum** an debeatur dari inhabili, & dementi, & quid si ex accidenti effectus sit demens, vide num. 19. in priac. leg. 2. tit. 15. part. 2.

**Regnum** per quos debeat gubernari, si Rex minor sit, vide num. 1. per text. ibi, leg. 3. ibidem.

**Regnum** per quem gubernari debeat, si Regina sit furiosa, & habeat maritum, vide num. 5. leg. 3. tit. 15. p. 2.

**Regnum** non est feudum, neque regitur more feudi, sed ab ipso feuda proveniunt, vide num. 1. in princip. leg. 4. tit. 15. part. 3.

**Regnum** bene habet fundatam intentionem suam quoad dominium Civitatum, Villarum, & castrorum, vide num. 1. leg. 1. tit. 18. part. 2.

**Regnum** debet habere decem, vel undecim Civitates, saltem & unum metropolitanum, vide num. 1. leg. 3. tit. 19. part. 2.

**Regnum** si deseratur ab aliquo naturali, qui transtulit se in aliud Regnum ibidem constitudo domicilium, an in Regno illo deserto ipse beneficia habere possit, vel gaudeat privilegiis Regni deserti, vide num. 2. leg. 5. tit. 24. part. 4.

**Regnum** si alicui detur in feudum simul cum dignitate, & jurisdictione, an illud sit transmisibile ad heredes, vide num. 13. leg. 6. tit. 26. part. 4.

**REGULA** Monachorum ponens certam formam circa professionis actum, an debeat dici illam fore substantiam, vide num. 5. leg. 88. tit. 18. part. 3.

**Regula** qui prior est tempore, &c. an procedat in pignore praetorio, vide num. 1. in princ. leg. 9. tit. 15. part. 5.

**Regula** quid sit, & ab ea non est descendendum, nisi cum reperitur fallentia, vide num. 1. & 2. per text. ibi, in finima tit. 34. part. 7.

**REINFEUDATIO** quando ab Ecclesia fit, an debeat fieri inter venientibus eisdem solemnitatibus, quæ intervenire debent in alienatione rerum Ecclesiæ, & quid si reinfeudatio fiat in descendentes, vide num. 4. in princ. leg. 3. tit. 26. part. 4.

Et quid si Ecclesia rem incultam dedit in feudum, & potest culta ad eam redierit, vel quid si Ecclesia fuit ef-

fектa pauper, an cum illa re remanere possit, licet descendentes reinfeudationem petierint, vide ibidem.

**REITERARI** non debet Baptisimum, si de eo constat, vide num. 1. leg. 9. tit. 4. part. 1.

**Reiterare**, & plura de reiteratione actus, vide per num. 7. leg. 3. tit. 12. part. 5.

Et ex confessione geminata extrajudiciali possit quis puniri, ac si facta esset in judicio, sive facta sit in civilibus, sive in criminalibus, vide dict. num. 7. dict. leg. 3.

**REI VINDICATIO** an possit concurrere cum actione ad exhibendum, & an res possit vindicari antequam exhibeatur si est mobilis, vide num. 3. & 6. leg. 16. tit. 2. part. 3.

**Rei vindicatio** an detur præscribenti cum mala fide rem per triginta annos, & quando, vide num. 5. leg. 21. tit. 29. part. 3.

**Rei vindicatio** an detur agnatis pro feudo recuperando non obstante quacumque temporis longitudine, vide num. 3. quest. 2. leg. 10. tit. 26. in part. 4.

**Rei vindicatio** an detur commodatario, qui domino rei commodatae pretium pro re commodata, & perdita solvit, vide num. 1. leg. 8. tit. 2. part. 5.

**Rei vindicatio** an detur donanti aliquid alicui sub modo, quando modus non servatur, vide num. 3. leg. 6. tit. 4. part. 5.

**Rei vindicatio** an detur venditori contra secundum emptorem quando intervenit pactum, ut venditore effrente pretium, res tibi reddatur, vide num. 7. & 10. leg. 42. tit. 5. part. 5.

Et quia si emptor rem habuit à pluribus venditoribus, an uno effrente pretium totum, vel partis suæ cogatur emptor rem sibi restituere, vide dict. num. 7.

**Rei vindicatio** an detur domino pecuniae, ex qua res empta fuit cujuscumque sit pecunia, vide num. 8. & alios num. ibidem, in leg. 49. tit. 5. part. 5.

**Rei vindicatio** potentior est, quam actio publiciana, videlicet num. 8. leg. 50. tit. 5. part. 5.

**Rei vindicatio** an detur filio contra possessores suorum bonorum adventitiorum, quæ à patre vendita fuerunt nulla prius facta discussione in bonis patris sui, vide per num. 9. leg. 24. tit. 13. part. 5.

**RELATIO** quando ad Principem nulli debeat, & quando non, vide num. 4. leg. 27. tit. 18. part. 3.

Et qualiter ei debeat nulli ita relatio, & aliqua in hoc, vide num. 4. 5. & 6. leg. 11. tit. 22. part. 3.

**Relatio** quando fieri debet, debent tempore quo fit partes esse prælentes, qui si taceant consentire videntur, vide num. 5. leg. 11. tit. 22. part. 3.

Et quid si cum sit in actis partes differant in puncto formando, quid faciet judex, vide ibidem.

Et quid si facta Principi relatione antequam ipse respondeat, judex ferat sententiam an valeat, vide ibid. in n. 6.

**Relatio clausulæ generalis** in principio, vel in medio, vel in fine instrumenti posita, quando licet ad omnia fiat, vide num. 4. leg. 9. tit. 7. part. 6.

**RELAPSUS** Itatim siue aliqua audientia debet curia seculari tradi, vide num. 8. leg. 60. tit. 6. part. 1.

**Relapli** Itatim tradi debent judicibus secularibus siue aliqua audientia, etiam si continuo pœnitent, & ad fidem redant, & quando dicantur continuo, seu confessum redire, vide num. 3. leg. 2. tit. 26. part. 7.

**RELAXATIO** sub fidejussionibus an possit fieri carcero, quando pœna corporalis non venit imponenda, vide num. 5. leg. 26. tit. 23. part. 3.

**RELAXARI** sub fidejussionibus quando possit de crimine accusatus, vide num. 4. & 5. leg. 16. tit. 1. part. 7. & ibi, vide quid de capto de mandato Regis, vel ad litteras alterius judicis.

**Relaxari** non debet iniuste captus, si ex aliquibus postea captura iustificetur, vide num. 1. in fin. leg. 1. tit. 29. p. 7.

**RELEGARE**, & de triplici relegatione, vide remissio per num. 1. leg. 3. tit. 18. part. 4.

**RELEGATIO** debet esse perpetua, quando relegatus frangit exilium, & quando tantum debet duplicari, vide num. 4. leg. 10. per text. ibi, tit. 31. part. 7.

Et  
Qqqqq

- Et quod tempus debeat duplicari an omne , vel tantum quod deficit , vide *ibidem in num. 5.*
- Et cui incumbat probatio , quod relegatus fregit confinia , vel relegationem , vide *ibidem in num. 7.*
- Et de iplius poena , vide *ibidem in num. 8. per text. ibi.*
- RELEGAT US** post mortem an possit duci in civitatem ad sepulturam , vide *num. 2. leg. 3. tit. 18. part. 4.*
- Relegatus an di catur habere domicilium quoad munera , & honores in loco , in quo sunt bona , vide *ibidem.*
- Relegatus non est ita incapax sicuti deportatus , vel damnatus in metallum , vide *num. 3. leg. 35. tit. 9. part. 6.*
- Relegatus quis dicatur , & an in relegatione perpetua veniat bonorum ademptio , vide *num. 10. leg. 4. tit. 31. p. 7.*
- Relegatus ad tempus , vel in perpetuum si exilium frangat , qua poena veniat puniendus , vide *gloss. leg. 10. per text. ibi, tit. 31. part. 7.*
- Et an iudex inferior possit tollere , vel indulgere exilium , vide *ibidem in num. 3.*
- Relegatus si cum esset in relegatione confinia rupit , vel aliter deliquit , an castigari possit , & ibidem possit exilium completere , vide *ibidem in num. 4.*
- Et quod tempus debeat frangenti exilium , seu relegationem duplicari , vide *ibidem in num. 5.*
- Et cui incumbat probatio , quod relegatus fuit confinia , vide *ibidem in num. 7.*
- RELICTUM** hospitali ab Episcopo non approbato sibi non acquiritur , sed Episcopus distribuit inter pauperes , *num. 2. leg. 1. tit. 12. part. 1.*
- Relictum Ecclesiae pro sepultura tacite videtur adeptum , si alibi eligat sepulturam , vide *num. 5. leg. 5. tit. 13. part. 1.*
- Relictum ab aliquo ut ibidem fiat hospitale , filius locum illum pro tua legitima sibi eligere non potest , si alibi sibi consuli possit , vide *num. 4. leg. 1. tit. 15. part. 1.*
- Relictum fratribus ut quotidie Missa dicatur , si cessaverint , an ab eis legatum removeatur , & cui applicetur , an heredi , vide *num. 4. leg. 6. tit. 16. part. 1.*
- Relictum alicui pro studio non debet dari excedenti vigesimum quintum annum , quando persona non fuit specialiter nominata , vide *num. 2. leg. 4. tit. 7. part. 2.*
- Relictum filio spurio cum capere possit , non valet , vide *num. 10. leg. 2. tit. 15. part. 2.*
- Relictum mulieri pro dote , an statim debeatur , an vero speretur tempus nuptiarum , vide *num. 2. leg. 12. tit. 11. part. 4.*
- Relictum civibus an intelligatur relictum Civitati , & quando , vide *num. 3. leg. 9. tit. 7. part. 5.*
- Relictum alicui tamquam pauperi , si in veritate dives sit , & hoc relinques ignorabat , an illud sibi debeatur , vide *num. 4. in fin. leg. 21. tit. 1. part. 6.*
- Relicta in testamento an debeantur quando in eo haeres institutus non fuit , & an requiratur quod venientes ab intestato adeant hereditatem , vide *num. 1. proem. tit. 3. part. 6.*
- Relictum sub conditione , vel modo impossibili de natura , vel de jure , an debeatur , & quando , vide *num. 2. cum aliis ibi, leg. 3. tit. 4. part. 6.*
- Et an illud quod relinquitur sub tali conditione , vel modo impossibili de jure debeat converti in aliud , quod sit nullum , & honestum , vide *num. 5. ibidem.*
- Relictum sub aliqua conditione casuali , potestativa , vel mixta quando debeatur impleta , vel non impleta conditione , vide *gloss. leg. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 14. tit. 4. part. 6.*
- Relictum sub casuali conditiore an debeatur , si cum haeres velit conditionem adimplere non potuit , vide *gloss. leg. 14. supradict.*
- Relictum sub modo an debeatur , si modus casu fortuito deficiat , & quid in relicto sub conditione si casu pereat , vide *num. 4. & 5. ibidem.*
- Relictum omnibus hominibus alicujus Civitatis , an ipsis , vel Civitati relictum videatur , & quid in limilibus , vide *num. 6. leg. 14. tit. 5. part. 6.*
- Relictum jure legitimæ , vel jure falcidij , an videatur relictum jure institutionis , vide *n. 2. in fin. leg. 5. tit. 8. p. 6.*
- Relictum alicui si alius ejusdem nominis reperiatur , & illud etiam prætendat , quis præferri debeat , vide *num. 1. leg. 9. tit. 9. part. 6.*
- Relictum alicui in genere , an & quando sibi debeatur , & cuja sit rei electio , vide *gloss. leg. 23. per text. ibi, tit. 9. part. 6.*
- Relictum ad pias causas quando aliquid dicetur , ut privilegio muniatur , vide *num. 2. leg. 4. tit. 11. part. 6.*
- Relictum filio spurio cum capere possit , an teneat , vide *num. 5. leg. 10. tit. 13. part. 6.*
- Relictum spurio , vel alias incapaci palam penes quem remanere debeat , vide *num. 7. leg. 10. tit. 13. & gloss. leg. 17. per text. ibi, tit. 7. part. 6.*
- RELIGIO** , & an Religionem servare debeat , qui ad præsentandum tantum abitum suscepit , vide *num. 1. leg. 36. tit. 6. part. 1.*
- RELIGIOSA LOCA** an gaudeant immunitate Ecclesiarum in præscriptionibus , vide *num. 4. leg. 26. tit. 29. p. 3.*
- RELIGIOSUS** obedientiam præscribere numquam potest , vide *num. 2. leg. 30. tit. 7. part. 1.*
- Religiosus cui data fuit cura animarum , illud quod ibi acquirit , cui acquirat , vide *num. 4. leg. 26. tit. 7. part. 1.*
- Religiosus factus Episcopus , an à Religione Monachali sit liberatus , & ab Abbatibus potest , vide *num. 7. leg. 26. tit. 7. part. 1.*
- Religiosus curam animarum habens an sit solitus à regula Monachali , & in quibus , & quid in eis carnium , vide *num. 1. 3. & 4. leg. 26. tit. 7. part. 1.*
- Religioli quando possint promoveri ad regimen alicujus Ecclesiæ , & quid si tunc superior nolit , vide *num. 2. leg. 25. tit. 7. part. 1.*
- Religiosus curam animarum habere non potest , & quando sic , & an tunc Abbas teneatur , sibi dare socium Monachum , vide *num. 1. leg. 24. tit. 7. part. 1.*
- Religioli proprium habere non possunt , & quid si habeant aliquam administrationem , & an de licentia Praeplati possint habere , vide *num. 2. leg. 14. tit. 6. part. 1.*
- Religiosus nec penitentiam ponit , nec baptizat , nec prædicat , nec aliud pertinens ad curam animarum exercet sine Episcopi licentia , vide *num. 2. leg. 21. tit. 4. part. 1.*
- Religiosi an & quando in eodem genere peccati plus peccent , quam laici . & quando minus , vide *num. 8. in med. leg. 25. ibidem.*
- Religioso non est injungenda penitentia jejunii in scandalum fratrum , licet puniri possit in abstinentia ciborum , vide *dict. num. 8.*
- Religiosorum excusus , vide *per dict. num. 8. in fin.*
- Religiosi dilaniando se , & faciem suam iolecando peccant mortaliter , vide *num. 1. leg. 43. tit. 4. part. 1.*
- Religioli consequuntur indulgentias , per eas tamen non minuit penitentia eis imposita in capitulo , vide *num. 1. leg. 46. ibidem.*
- Religiosi non debent claustrum exire pro indulgentiis , vide *ibidem.*
- Religiosi an compellantur ire ad synodus , vide *num. fin. leg. 16. tit. 5. part. 1.*
- Religiosi poli factam professionem , etiam si ordinati non sint , tenentur ad Horas Canonicas recitandas , vide *num. 1. ad fin. leg. 34. tit. 6. part. 1.*
- Religioli an dicantur , qui eo animo intraverunt , ne amplius inde exirent , etiam si professionem non fecerint , vide *num. 3. leg. 7. tit. 7. part. 1.*
- Religiosi quando possint de una Religionem ad aliam transire , vide *num. 2. 3. & 4. leg. 9. tit. 7. part. 1. & ibi, an de strictiori ad laxiorum.*
- Religiosus petit licentia , licet non obtenta ad strictorem Religionem trantire potest , vide *num. 4. dict. leg. 9. & quid debeat facere antequam licentiam petat , vide num. 5. ibidem.*
- Religiosi possunt in uno casu de strictiori ad laxiorem trantire Religionem , vide *per num. 3. leg. 10. tit. 7. part. 1.*
- Religiosi an gaudeant privilegio Ecclesiarum , si ibidem confugerint propter delictum , vide *num. 1. leg. 4. tit. 11. part. 1.*

Religiosus locus , & locus sacer idem sunt , & an convertantur , vide num. 1. leg. 1. tit. 12. part. 1.

Religiosi an teneantur ad exequias mortuorum , & Episcopo mandante ire teneantur illuc , vide num. 9. per text. ibi , leg. 2. tit. 12. part. 1.

Et an possint compelli ad faciendam processionem , & quando , vide ibidem.

Religiosi quæ jura habeant in Ecclesiis per ipsos de novo construtis , vide num. 2. cum aliis ibid. leg. 5. tit. 12. p. 1.

Religiosi , quibus de novo conceditur Ecclesia , & illis subjicitur , non possunt ad libitum ejus antiquum itatum alterare , nec possessiones mutare , vide num. 5. dict. leg. 5. tit. 12. part. 1.

Et an redditus talis Ecclesiaz sibi subjectæ possint Monachi convertere in suam utilitatem , vide ibidem in num. 6.

Religiosus an possit sibi eligere sepulturam , vide num. 5. leg. 5. tit. 13. part. 1.

Religioli an possit presentari per patronum de licentia sui Praetati ad beneficium curatum , vide num. 3. ad fin. leg. 5. tit. 15. part. 1.

Religiosi privilegiati , seu non ex quibus debeat praestare decimas , vel non , & an ex hortis , vide gloss. leg. 4. tit. 26. part. 1. & gloss. leg. 5. ibidem.

Religioli an & quando elemosynas facere debeat , vide num. 2. 3. & 6. leg. 11. tit. 23. part. 1.

Religiosi an possit esse judices arbitri si ante Religionem suceptam fuerunt electi , vide num. 4. leg. 28. tit. 4. part. 3.

Religiosi an in feudis possint succedere , vide num. 11. leg. 6. tit. 26. part. 4.

Et quid si feudatarius exeat infra annum possessionis , vide ibidem.

Religiosus an possit esse depositarius , & qualiter contra eum agatur , vide num. 4. leg. 3. tit. 3. part. 5.

Et an Abbas teneatur si viderit res penes Monachum depositas subtrahi , vel perire , si illud obviare potest , & non facit , vide ibidem.

Religioli si non habent locum ad habitandum congruentem an possint compellere vicinos , ut vendant sibi loca eis condecorantia , vide num. 1. leg. 3. tit. 5. part. 5.

Religiosus non debet fidejubere , & quid si illud fecerit , vide num. 1. leg. 2. tit. 12. part. 5.

Religiosus an & quando , & qualiter , & de quibus testamentum facere possit , vide gloss. leg. 17. per text. ibi , tit. 1. part. 6.

Religioli si intra annum probationis deceaserit , an bona sua applicentur Monasterio , vel consanguineis successentibus ab intellecto , vide num. 1. ibidem.

Religiosus si post ingressum Religionis inde recedat , an bona sua applicentur Monasterio , vide ibidem in num. 5.

Et an Monasterium in quo filius alicujus deceperit excludat ascendentis legitimos in bonis Religiosi , vide num. 6. ibidem.

Religiosus an possit esse executor testamentarius cum licentia superioris , vel sine ea , & quando , vide num. 4. leg. 2. per text. ibi , tit. 10. part. 6.

Et pro Religiosis semper est presumptio ad bonum , vide ibidem num. 5. per text. ibi.

Religiosus an possit esse curator alicujus minoris , vide num. 1. leg. 14. per text. ibi , tit. 16. part. 6.

Religiosus si ab aliquo injurietur quis actionem injuriarum intentare possit , vide num. 4. leg. 9. tit. 9. part. 7.

**RELINQUENS** animalia languentia in deserto , an videatur ea habere , velle pro derelicto , vide num. 1. leg. 49. tit. 28. part. 3.

Relinquens aliquid ut inde fiat Ecclesia , an possit apponere conditionem , quod talis sit rector , num. 6. in fin. leg. penult. tit. 15. part. 1.

**RELIQUIÆ** Sanctorum , &c. vide gloss. per tex. ibi , in leg. 65. tit. 4. part. 1.

Reliquiae an in Altari consecrato immitti debeant , vide num. 8. leg. 12. tit. 10. part. 1.

**REMEDIUM** attentati quale sit , & de prærogativis hujus remedii , & quod sit magis utile illud intentare quam interdictum , unde vi , vide n. 8. leg. 27. tit. 23. p. 3.

Remedium attentati an habeat locum contra tertium

possessorem , & quando , vide num. 8. leg. 27. tit. 23. p. 3.

Remedium attentati an competit , quando petenti obstat notorius defectus proprietatis , vide num. 8. leg. 27. tit. 23. part. 3.

Remedium attentati an cessebatur ubi causa fuit commissa appellatione remota , vide dict. num. 8. in fin.

Remedium leg. 2. C. de rescindenda venditione in quibus contractibus locum habeat , & quando , vide num. 4. leg. 56. tit. 5. part. 5.

Et an habeat locum in permutatione beneficiorum , vel quando res venditur à procuratore , vide ibidem.

Remedium dictæ leg. 2. quando neque intentari , neque allegari possit , vide dict. num. 4. post med. cum aliis num. ibidem.

Et quot tempus inspici debeat ad hoc , ut remedium dictæ leg. 2. competit , an tempus contractus , vel præfens , vide ibidem num. 5.

Et an cum res ita restituatur , debeat cum fructibus restituiri , vide num. 8. dict. leg. 66. tit. 5. part. 5.

Remedium dict. leg. 2. quod datur venditori ad supplementum veri pretii , an ipsi , vel emptori comeditat , quando res fuit mortua , vel multum deteriorata , vide num. 10. dict. leg. 56.

Et quid si sit ab emptore , vel venditore factum juramentum de non vendiendo adverius contractum venditionis , & quid si jurans sit minor quatuordecim annis , & quid in majore viginti quinque annorum , & si læsio sit enormous , vide ibidem in num. 12.

Remedium leg. 2. C. de rescindenda venditione an possit à contrahentibus renuntiari , vide n. 12. in med. d. leg. 56.

Remedium , quod debitori datur , ut unum solvat pro alio , quando quod debet solvere non potest , an ab ipso renuntiari possit , vide num. 3. leg. 3. tit. 14. part. 5.

Remedium leg. 2. C. de rescindenda venditione , an detur quando quis fuit in transactione enormissime læsus , & quid in muliere , vel rusticō , vide num. 2. leg. 34. tit. 14. part. 5.

